

ALLEGORIAE SAPIENTVM:
 TVM: SVPRALIBRVM
 Turbæ. xxix. Distinctiones.

ALLEGORIARVM SA-
 PIENTVM

Distinctio prima.

NQUI T sapiens HERMES Si camelorum tuo-
 rum tertiam partem, conservans, consumas dua-
 bus tertijs residuis, iam ad propositum pervenisti
 & opus perfecisti. Amplius eodem modo, ne ar-
 gentum vivum negligentia tradas, nigrum enim carnem de-
 albat & sapientum igne fit opus, & aqua spiritali qua nigre-
 do abluatur, ac instrumento quo operis fit fundamentum, &
 tempore & momento in quo nubes veniunt, in quo opus fieri
 oportet. Aqua autem qua nigredo abluatur, sudor solis est,
 & urina puerorum, hoc igitur quod audis tibi sit sufficiens.
 Item similiter accipe aquam aquæ ut tibi ventus & nigredo
 mundificetur. Hoc igitur significatum intellige, & eo dele-
 ctaberis. Item solummodo accipe nigredinem, & coapta
 eam, deinde albedini redde, & ruborem coapta, & tunc ad
 propositum & operis finem pervenies. Idem eodem modo
 notandum est, quod lapis igneus est, qui res regit nutu DEI,
 coque igitur ipsum leni igne, ne aqua ab eo separetur, nocte q;
 dieq; quousq; aureus fiat, intellige ergo. Item similiter, qui
congelat, dissolvit & qui dealbat, rubeum facit. Ecce proxi-
 mo modo tibi exponam ut requiescas intellige ergo & super
 his meditare, & opus tuum tibi certificabitur. Item similiter
 notandum est, quod quemadmodum sol in stellis ita aurum
 in corporibus: solis namq; lumen lunoibus iungitur, & o-
 mnem continet fructum: Similiter & aurum. Super his me-
 ditare verbis & nutu DEI invenies. Item eodem modo, Ait
 Hermes, qui bibit medicinam extrinsecus moritur, qui verò
 intrinsecus, vivit & lætatur, intellige hoc significatum. Item
 hac utiq; causa dicta est aqua hæc divina, licet sit maximum
 Venenum, ac omnibus prælata est materiebus eò quod sine
 ea nihil

*Auro abluat
 latronem.*

Sudor Solis